

Alte Drucke

Georgii Friderici Nevmanni Stolbergensis Epistola De Bibliotheca Halensi Ad Virvm Clar. Henricvm Avgvstinvm Groschvpfivm

Neumann, Georg Friedrich
Halae Magdeburgicae, 1710

VD18 15112233-004

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-23195

39.

GEORGII FRIDERICI NEVMANNI
STOLBERGENSIS
EPISTOLA
DE
BIBLIOTHECA
HALENSI
AD
VRVM CLAR.
HENRICVM AVGVSTINVM
GROSCHVPFIVM.

— — — — —
HALAE MAGDEBVRGICAE MD CCX.
APVD IO. GRVNERTVM.

GEORGI FRIDERICI NEWMANN
STOLBERGER

EPISTOLA

DE

BIBLIOTHECA

HALLENSIS

AD

V. R. M. CLAR.

HIERONYMUS AUGUSTINUS

GEOSCHWITZ

HALLA AN DER BALLEGE CO. D. CK.
UND IN GRABSTADT



VIRO CLAR.
**HENRICO AVGVSTINO
GROSCHVPFIO**
S. P. D.
GE. FRID. NEVMANNVS.

PEtiaſti haud ita pridem abs me in
tuis doctissime pariter ac humanissime
scriptis litteris, vt de Bibliotheca Ec-
clesiae Marianae Halensi, ea, quae mi-
hi huc vsque innotuerint, Tecum com-
municarem. Cum igitur sciam, te lit-
terarum elegantiorum & rei Bibliothecariae esse cupidif-
simum, vtpote quibus Te totum mancipasti, & in qui-
bus oleum & operam consumere oppido gaudes, nolui
omnino Tuis, similibusque aliorum in re litteraria
clarissimorum Virorum desideriis publicis deesse, sed pro
eo, quo in Te feror, amore iisdem assurgere, & vna
hoc modo fidelia duos dealbare parietes. Et sane inter
varia, quibus florentissima vrbs Hala conspicua est, orna-
menta

menta non ultimo loco ponenda est nostra haec Bibliotheca publica, quae singulis hebdomadibus binis diebus, Martis nimirum & Jouis, ab hora secunda ad quartam aperitur, ut vñsibus eruditorum & erudiendorum inseruire possit. Siue enim voluminum copiam, quorum decem forte millia, & quod excurrit, numerantur, siue librorum rariorum, praesertim antiquorum, apparatus requiras, inter celebratas Germaniae Bibliothecas non omnino postrema est haec nostra Halensis. Initia & fundationem si scire cupias, primam laudabili huic instituto manum admouit venerandus ille & de ecclesia Christi optime meritus *M. Sebastian Boëtius*, patria Gubenensis, dignus ille Justi Jonae, primi Halensium post Megalandri Lutheri reformationem Superattendentis, & ad B. Virginis aedem Pastoris Primarii successor. Hic enim adiuuantibus & subsidia suppeditantibus illis, qui ecclesiae huius redditus administrant, & ipsius commodis prospiciunt, (quod Collegium Antistitum & octouirorum, German. *Kirch-Väter und Aht-Männer* appellatur,) mense Aug. A. C. cl. bLX. bibliothecam in loco quodam edito, super sacrarium huius templi adornare coepit, vetustorum quorundam librorum penuri singulis annis addens, quos vel ad preces ipsius aliorum liberalitas contulisset, vel ex redditibus ecclesiae ipse coëmisset. Parem, si non maiorem, in cura augendae huius bibliothecae operam collocauit, quartus ille Halae Lutheranae Superintendens, *D. Joannes Olearius*, Vefaliensis, cuius beatissimam memoriam etiam in filiis, nepotibus, pronepotibusque, grata coluit colitque mente & Halensis & vniuersa purior ecclesia. Postea, quum numerus huius suppellectilis librariae accreuisset, & interea

terea temporis anno clō lō cvii. m. Jun. insigne aedifi-
cium lapideum (quod tertio demum anno absolutum)
ad collocandam ibi bibliothecam , & habitationem Su-
perintendentis exstrui cœpisset , bibliotheca haec ex tem-
plo Mariano translata est in amplissimum & concamera-
tis fornicibus ornatum noui huius aedificii conclaue , in
quo adhuc hodiernum codicibus pro diuersitate quatuor
scientiarum seorsim dispositis , adseruatur , & cura Colle-
gii Ecclesiastici Octouiralis , & constituti ab hoc Bibliothe-
carii , conseruatur. Ex accessionibus eius maxime no-
tabilis est illa , quae per bibliothecam Distelmeierianam
facta , haec enim ab heredibus *D. Lamberti Distelmeieri* ,
Cancellarii quondam Electoralis Brandenburgici , pro
4200. floren. Misnic. anno clō lōcxvi. coëmta , & nostrae
inserta est. Pari ratione post mortem *D. Christiani Wil-
helmi Stisseri* , Medici & Physici in patria ordinarii , qui
anno clō lōccli. obiit , eius bibliotheca comparata , & no-
strae adiuncta fuit. Nec silentio praetereunda est pietas
M. Joannis Mulleri , Eccl. B. Virginis in patria vrbe Ad-
iuncti , anno clō lōc lxxxii. in Christo placide defuncti ;
hic enim , quum ἀπαις decederet , aliquot salinarum far-
tagines (anderthalbe Pfann teutsch / und eine Pfann e
gut Jahr) ea conditione Ecclesiae , in cuius ministerio
vixerat , legauit , vt annuis redditibus pecuniariis (Aus-
läuffte vocant) quotannis libri aliqui comparari & biblio-
thecae publicae inferi debeant. Quod etiam adhuc ob-
seruatur , & libris ex his redditibus emtis , sub signeto ec-
clesiae aeri inciso , quo omnes libri huius bibliothecae in
prima pagina signantur , addi solet schedula typis exsc-
pta , in qua haec leguntur verba : *Fructus legati B. M. Jo-
hannis Mulleri , Adiuncti Ecclesiae B. Virginis desideratissimi.*

Magnificum quoque memoriae suae monumentum liberalitate sua sibi erexit vir varia eruditione & morum grauitate clarus, *Joachimus Oelhafius*, Scabinatus Halensis Adseffor famigeratissimus. Hic etenim, quod prole carebat, singulari pietate, cuius & plura alia, eaque egregia exstant testimonia, ductus, Bibliothecam suam elegantissimis & rarioribus, praesertim multis Gallico & Italico idiomate conscriptis, libris ornatissimam, & plus quam mille & sexcenta volumina comprehendentem, donatione inter viuos, reseruato vsu vitalitio, ecclesiae Marianae addixit. Qua, quum pius senex Anno **MDCCXC. m.** Nouembr. astrapeteret, bibliothecae huic maximum accessit decus. Libri hi seorsim iuncti, quod beatus donator ita volebat, apparent, & super ipsos in summa conclauis parte appositum est mnemosynon, effigie Oelhafii, & subiuncta hac epigraphe conspicuum:

PIOS POST MORTEM ETIAM MANET VITA,
IN COELIS QUA ANIMAM, IN TERRIS QUA FAMAM;
VTRAMQUE
DN. IOACHIMVS OELHAFIVS, DANTISCANVS,
ICTVS ET SCABIN. HAENS. CELEBERR. INVENIT FELICISSIME,
ILLAM QUIDEM CREDENDO FINALITER,
HANC VERO BENEFACIENDO SINGVLARITER,
DVM PRAESENTEM AVREAM SVAM BIBLIOTHECAM
BIBLIOTHECAE ECCLESIAE B. VIRGINIS HAENSI
PER DONATIONEM INTER VIVOS DONAVIT.
FELIX, QVI MORTVVS ADHVC VIVIT,
HVIVS MEMORIA EST IN BENEDICTIONE.

Libris his Oelhafianis praeter Signetum Ecclesiasticum,
B. Mariae Virginis Jesulum gestantis icon exhibens, quo,
viti

vti diximus omnes fingantur, inserta est schedula typis expressa his verbis: *Testis liberalitatis Oelbafianae omni exceptione maior.* Sperauit adhuc aliud augmentum bibliotheca haec ex supellectile libraria *D. Ioannis Georgii Simonis*, Halensis, Jcti, Consilarii Elect. Brandenb. & Prof. in alma patria publ. ord. m. Augusto anni c1715xcxvi. defuncti, de qua tamen Ecclesiae Marianae cum illustri Facultate Juridica lis intercedit, quae coram foro Academico a tempore mortis donatoris ad praesens vsque tempus tractata nondum finem sortita est. Commemorari iam deberent singulares quaedam donationes particularium quorundam librorum, quibus a nonnullis, qui rei litterariae fauentes fuere, bibliotheca haec Mariana incrementum accepit; sed hoc nimis longum foret. Sufficiat inter alios nominasse *D. Fridericum Hohndorffium*, Jctum quondam celeberrimum, Sereniss. Elect. Brandenburg. Consiliarium in Duc. Magdeb. Regim. & Consistor. nec non rei salinae Judicem, (Salisgrauium vulgo dictum) qui praeter eximium suum de salinis Halensibus tractatum vernaculum, integrum *Diarium Europaeum* XLI. Tomis comprehensum donauit. Ex recentioribus vnum laudabimus Virum Consultiss. ac Prae-Nobilissimum *Dn. D. Andream Ockelium*, ciuitatis patriae h. t. Consulem & Scabinatus Regii Adsessorem, qui praecipuo *Codicis Theodosiani* exemplari, Lugduni Galliarum c1715c LXV. impresso, tribus voluminibus compacto, liberalitatem aemulatione dignam testatus est. Quamquam, dum breuitati hic studeo, nullorum, qui donis suis bibliothecam hanc exornarunt, debitis laudibus silentio meo quicquam volo esse detractum, sed prolixiorem horum enarrationem aliis relinquo. Eodem breuitatis studio

studio, & ne limites epistolae supergrediar, eximios & pretiosiores libros, qui ibi custodiuntur, speciatim nominare & describere supersedeo: Ex Theologicis saltem inter quamplurimas Bibliorum tum vernaculi, tum peregrini idiomatis, editiones, *Opus Regium* iussu Philippi II. Hispaniarum Regis Antuerpiae c. 1566. VIII. voluminibus ab Aria Montano editum, & *Bibliotheca Patrum* IX. Voluminibus Paris. c. 1584. LXXXIX; Ex Juridicis *Tractatum Tractatum*, Venet. c. 1584. LXXXIV. XX. tomis inclusum, & pro CXX. thaleris olim comparatum; Ex historicis *Theatrum Europaeum*, XIV. tomis continuatum, & *Theatrum urbium Braunianum*, Colon. c. 1584. XCIII. quinque tomis, sed quatuor voluminibus comprehensum in praesenti laudasse sufficiat. Antiquitate prae ceteris commendari videntur *Sermones aurei de Sanctis*, *Fratri Leonardi de Vtino*, *Sacrae Theologiae Doctoris*, *Ordinis praedicatorum*, cuius meminit Fautor noster communis, *Iacobus Fridericus Reimannus*, Past. primar. Ermsleb. & Scholarum per Principat. Halberst. Inspector, Vir in Historia litteraria egregie versatus, in der *Einleitung in die Historiam Litterariam derer Teutschen* Sect. III. L. II. quæst. 157. p. 213. sq. not. lit. (p) vbi haec verba leguntur: Ich erinnere mich auf der Bibliotheca Mariana zu Halle unter andern vor einigen Jahren gefunden zu haben des Leonardi de Vtino, SS. Theol. Doctoris & Ordinis praedicatorum *Sermones aureos de Sanctis*, welche 1446. gedruckt waren. Und dauret mich noch diese Stunde / daß ich den Codicem zu der Zeit nicht mit grösserer Attention perlustrirte. Denn der M. Bayle bekennet selbst in seinem Dictionaire p. m. 3008. daß es eines von denen ersten Wercken / welche unter der Press weggenommen.

Es

Es haben auch die Holländer sich bey dem seel. Herrn Cellario des halben erkundiget / ob sichs auch in der That also verhielte / daß dieses Buch auf der dastigen Bibliothèque befindlich? Und ob es auch in dem Jahre gedruckt / da es von dem Herrn Io. Gottfried Oleario in seinem Abaco Patrologico p. m. 291. gedruckt zu seyn vorgegeben / und von den M. Bayle l. c. aus demselben nachgeschrieben worden? Und habe ich zu der Zeit die Sache nicht anders befunden / als sie der Herr Olearius und M. Bayle berichtet. Ich habe auch den Titul des Buchs noch würcklich in meiner Schreibtaffel stehen / wie ich ihn damals aufgezeichnet. etc. Hic enim liber, circa incubula inuentae artis typographicae (sine loci tamen mentione) typis exscriptus dicitur, videlicet Anno M. CCCC. XLVI. Ego iudicium meum suspendo, & subscriptionem saltem, quae in calce ipsius deprehenditur, hic adpono: Expliciunt sermones aurei de sanctis per totum annum (quos compilauit magister Leonardus de Vtino, sacrae Theologiae doctor ordinis fratrum praedicatorum ad instantiam & complacentiam magnificae communitatis Vtinensis ac nobilium virorum eiusdem. M. CCCC. XLVI. in vigilia beatissimi patris nostri Dominici confessoris. Ad laudem & gloriam Dei omnipotentis & totius curiae triumphantis. Adsunt & eiusdem Leonardi de Vtino Quadragesimales Sermones Venetorum nec non Vlmenisium post impressionem compluribus in locis diligentia possibili emendati per Petrum Drach, civem Spirensen, cl. cccc. LXXIX. quos Ambrosius Hadamer D. Anno c15 dcviii. M. Ioachimo Nisaeo, ad S. Nicol. Berolin. Diacono vigilantissimo ad finem suo, mellificium Theologicum exinde vt colligat, dono ob-

B

tulit,

tulit, quod Hadameri manus in frontispicio docet. Inter varia cimelia & ornamenta, vt puta imagines Caroli V. Ferdinandi I. Cardinalis Alberti, Electoris Moguntini, & coaeuorum S. R. I. Electorum, Archiepiscoporum & Administratorum Magdeburgensium, Ioannis Friderici, Electoris Saxoniae, aliorumque celebrium virorum, non minimum est, *effigies B. Lutheri* cerea forma ad viuum expressa, & mensae adsidens, scribentemque simulans, cuius, vti perhibent, typus eo tempore, quum Lutheri exanime corpus per Halensem urbem vectum fuerit, ex ipsa defuncti facie desumptus fuerit. Monstratur & ibi *Codex biblicus*, Germanicus Halberstadii MDLXXXIII. in fol. excusus, nec non alius ex primis iis Lutheri versionibus, in quibus dictum illud 1. Io. V. 7. SS. Trinitatem probans omisum est, typis exscriptum Vitembergae durch Hans Lufft M. D. XXXIII. In huius primis foliis B. Lutherus sua manu haec consignauit:

Der Erbarn Tugendsamen Frauen felicitas von Selmenis / meiner lieben Gevatterin.

Martinus Luther D. D.

Et in pagina ex opposito latere sequentia Scripturae S. dicta adposuit: Io. 5. forschet die Schrift / denn dieselbige zeigt von MIR. Ps. II. wol allen die Ihm trauen. Isaias VII. glaubet ihr nicht / so bleibt ihr nicht / das ist / Es wird euch alles feylen / was ihr an Glauben fürneimpt. wenns auch eitel Weißheit / Gewalt / Künste und Reichtum were / denn Gott leßts doch nicht gelingen.

Inter manuscripta, quorum non ita magnus est numerus, & quae maximam partem, vna cum diplomatibus, res Halenses & Magdeburgicas concernunt, praecipua sunt: 1. Pentateuchon Mosaicum, Hebraice in membra-

membranis maioribus ad inuicem combinatis , ita vt longitudo ad LXVI. $\frac{1}{4}$ vlnas Halenses se extendat , & super duobus baculis conuolutis , descriptus. 2. Alcoranus Turcarum , in vltima expugnatione Albae graecae a Capitaneo quodam Brandenburgico captus , & postea Bibliothecae nostrae donatus , eleganter scriptus. Habentur ibi etiam nonnulla Simensium Manuscripta , nec non folia arborum de Cacao , quibus Indi ferreis stilis scripturas irraferunt. Ex naturalibus rebus pulcerrima est auis quaedam Paradisiaca arefacta , pennas admirandis coloribus splendentes habens , pedibus etiam instructa. Reliqua , quae ibi curiosa adseruantur , sunt Philippi Melanthonis Cantharus stanneus , variis bachanalibus figuris distinctus , quo ipse in ordinariis epulis suis vsus fuisse dicitur : Calceus item eiusdem Melanthonis , nec non calceus aliquis , quo mulieres Turcicae vtuntur : Vrna sepulcralis in agro Mansfeldensi inuentus : Arcu Turcicum cum sagitta : Dens Iulianae Martyris , ; Monstrantiae inclusus : Frustula de ligno crucis Christi , (quod illud ipsum est , cuius meminit *Chronicon Montis serenip. 2.*) de linteo & vestibus B. Mariae : litterae quaedam indulgentiarum (*Ablas-Brieffe*) nec non nummi aliquot Graeci & Romani , & moneta varii generis exoticarum gentium , aliaque huius generis plura. Notavi quoque rariorem quemdam nummum ex stanno confectum magnitudine vel forma thalerum , crassitie fere digitum minimum aequans , quales Gryphiswaldensis quidam Dux belli dura obsidione cinctus , (de quo plura in *Theatro Europ.* & D. Nicolai Michaëlis descripto *Stamena Gryphico* , quo *Necessitas Greifeswaldiae anno liberationis suae post Christum natum c13 13 cxxx1. exprimitur* , cuius contenta ex-

hibent *Nova Litteraria Mar. Baltb. Mens. Aug. c13 13 cclv.*
p. 238. sq. leguntur) cadi curavit, cum inscriptione: NE-
 CESSITAS GRYPHSWALDIAE. Ceterum, quae ex
 Christiano Heroldo de *origine & incremento urbium p. 50.*
 Martinus Zeilerus de *X. Circulis imperii p. 1058.* edition. No-
 rimb. & ex eo Burcard. Gotthelf. Struuius in *Introductio-*
ne ad notitiam rei litterariae & usum Bibliothecarum C. IV.
§. XXVIII. p. 175. edition. secundae, adducit, scilicet quod
 Fridlandus Dux, seu Wallensteinius, huius Bibliothecae
 potiore partem asportauerit, illamque mago suo, Bin-
 nouio, donauerit; ea vix de Bibliotheca hac Mariana pos-
 se intelligi certissime credo, tum quia libri omnes, quos
 Catalogus Distelmeierianus indicat, adhuc adsunt, tum quia
 Bibliotheca haec numquam Episcopalis fuit vocata, quae,
 tamen Christiano Lehmanno, Pastori & Seniori Schei-
 benbergensi, im *historischen Schauplag p. 746.* ita audit,
 vbi haec leguntur verba: A. 1628. hielt sich hier im Ge-
 bürge auf D. Ioël Pinouius, ein fertiger Genethliacus,
 und gewesener Professor Graecae Linguae zu Franckfurt
 an der Oder / welcher in Ansehung der Papistischen
 Ligae Intention resigniret / und sich mit dem Hercule
 vagabundo, wie er zu einem Gebürger gesagt / (an den
 er auch hernach aus Alcair A. 1640. hieher geschrieben)
 in die äussersten Orte der Welt / insonderheit gegen
 Griechenland / Egypten / und andere Orientalische Län-
 der zu begeben entschlossen. Dieser hatte bey dem Al-
 berto Grafen von Wallenstein grosse Gunst und Gna-
 de / weil er ihm viel Dinge prognosticiret / und von ihm
 die Lieberer des Bischoffs zu Hall bekommen / welche
 er aber / seinem Vorgeben nach dem Geranischen Hrn.
 umb eine gültene Kette / und etliche 100. Ducaten ver-
 stoehen.

stochen. Quod Historiographus Regius Polonicus Electoralisque Saxonicus, *Wilhelmus Ernestus Tenzelius*, priores secutus sit, testantur sequentia in *Bibliotheca curiosa* p. 453. Die Hallsche Rath's Bibliothec habe 1687. auch gesehen / und etliche zur Historia Ecclesiastica dienliche Msta nebenst denen raren Oelhafischen Büchern observirt / wie wohl im teutschen Kriege der General Wallenstein den meisten Theil daraus genommen / und seinem Schwarzkünstler Binnov geschencket haben soll. Sed ne Tibi molestus sim, & nimium excrescat haec cursoria delineatio, nihil iam addo, praeterquam nomina eorum, qui *bibliothecae* huic praefecti fuere usque ad praesentia tempora. Primus quantum sciri potest, appellatus fuit *Ioannes Salwart*; Cui successit *Samuel Cuno*, postea Pastor Dornicensis; huic *Christophorus Lucanus*; post hunc Bibliothecarius fuit *Ioannes Caesar*, Astronomus non incelebris. Hunc excepit *Ioannes Melchior Hoffmann*, senatus patrii Orator (*Worthalter* vocant) Ecclesiaeque Marianae Antistes (*Vorsteher* seu *Kirch-Vater*) & Octoviralis Collegii Senior, qui quum anno MDCCVIII. exeunte, diem obisset, successit ei in eius locum *Christianus Knaut*, Med. Doctor, Archiater Anhalt. & Collegii Octoviralis membrum, cuius Geographici & Historici Errores contra illustrem Domum Cotheniensem & Antiquitates suas Ballenstadienses & Ascanienses, a D. Io. Christ. Becmanno commissi, iam sub prelo sudant, & qui cum Deo & die libros in hac Bibliotheca Mariana latentes, nec non a Casparo Sagittario incoatas & Ienae MDCLXXXIV. editas Antiquitates Episcopatus Magdeburgensis sub Ottone I. continuabit, & ea, quae temporibus Ottonis II. & III. memoranda veniunt, recensabit. Et tantum de Bibliotheca

Halenſi delibaffe ſufficiat, quantum ſcilicet indagare, & ex Fautore quodam comperire potui. Sed, neſcius ne ſis, de reliquis Bibliothecis, quae propediem aperientur, tria adhuc verba addam. Erigitur enim in aedificio, ubi Auditoria publica exiſtunt, Bibliotheca in uſum Academiae noſtrae Fridericianae, de cuius facie praefenti haec accipe. Scilicet haud ita multo poſt huius Academiae initia Profefſores de Bibliotheca publice ſtabilienda cogitarunt, & ſymbolas ſuas larga manu contulerunt. Poſtea Senatus Gedanenſis haud contemnendum librorum numerum tranſmiſit, cuius liberalitatem verba in frontiſpiciis ſingulorum librorum occurrentia loquuntur: *Bibliothecae Academiae Fridericianae hunc librum donavit Illuſtris Senatus Gedanenſis A. c13 136 xcvi.* Conſpicitur quoque in ea ſupra memorata Bibliotheca *Ioannis Georgii Simonis.* Magnum deinde incrementum ei acceſſit, quum Sereniſſimus Brandenburgiae Elector Bibliothecam ſuam curaffet perluftrandam, & eius abundantia in noſtram ſeſe effunderet. Id quod indicat impreſſa & fronti cuiuſlibet libri adfixa ſchedula, quae haec prae ſe fert verba: *Liber in Fridericianam Bibliothecam ex abundantia Electoralis Brandenburgicae, quae Berolini eſt, adſcriptus c13 136 xcvi.* Maximum tamen incrementum & ornamendum debet munificentiae Illuſtris huius Fridericianae Curatoris, *Danielis Ludolphi Lib. Baronis de Danckelmann*, Regis Boruſſiae Conſilarii Status intimi, & commiſſarii belli generalis, cuius ſatis copioſa & ſplendida Bibliotheca in peculiari receptaculo vna cum picta eius ſuper fores imagine cernitur. Curam primo eius habuit *Chriſtophorus Cellarius*, Antiquitatum & Eloquentiae P. P. qui, dum viueret, de augenda ea maxi-
me

me fuit sollicitus, & nunc *Ioannes Henricus Michaelis*, S. Theol. & Lingg. O. O. PP. Ord. qui in eo est, vt omnia in ordinem redigat, & vsui publico praeparet. Habet & Orphanotropheum nostrum praeter numiophylacium & technophysiotameum (*Kunst uñ Naturalien-Kammer*) in quo inter alia curiosa *Io. Hussi* & *Martini Lutheri* effigies ad viuum a *Luca Kranachio* expressa cernitur, Apparatum quemdam librorum maximam partem Theologicorum, quem potissimum, vt alios taceam, *Friderici Brecklingii*, *Holfati*, *Iusti Luder*, Superintendentis generalis Halberstadiensis, & *M. Ioannis Friderici Ruoppi*, antea V. D. M. zu Gottesweiler prope Argentoratum in Alsatia, postea FCis Theologicae Adiuncti anno c1616cvi. d. xxvi. Maii. pie defuncti, liberalitati acceptum refert, & quos inter codices quosdam sacros deprehendi non vbiuis obuios. Vnum scriptum idiomate inferioris Saxoniae (plat = teutsdy) cum notis Nicolai de Lyra & aliorum impressum Lubecae per Stephanum Arndium c1666cxciii. d. xix. mensis Nouembris, quem laudat D. Christianus Kortholtus in *Tr. de variis Scripturae editionibus* Cap. XXV. §. 34. p. 348. & D. Jo. Frid. Mayerus in dissertatione *de versionibus Scripturae S. ante Lutheri translationem impressis* §. 7. p. m. 190. seqq. et ex eo Bernhardus Raupach, Tundera-Cimber in Exercitatione Academica, quam sub praesidio M. Francisci Alberti Aepini de *Linguae Saxoniae inferioris neglectu atque contemptu iniusto* Rostochii c1616civ. habuit §. XXIII. p. 55. Notatu digna est glossa ad verba. quae habentur Genes. III. v. 16. Und er soll dein HErr seyn; vbi glossa sic sonat: dy vafene to pñneghende un to schlaende. Duos Latinos, quorum alterum Norimbergae anno c16 cccc. LXXVIII. in forma maiori per Antonium Coburgerum excusum, *M. Caspar Fidler*, Archi-Diaconus Rochlitiensis Anno c16 16cvi. Orphanotropheo dono dedit, vt testantur versiculi, quos post alia verba manu sua inseruit, & sic fluunt:

Orphane, qui Glauchae es, Tibi librum hunc dono vetustum,

Biblia Glauchensis Bibliotheca ferat.

Weil diese Bibel lang als Wapß erhalten worden /

So wird sie überreicht dem Glaucher Waisen-Orden.

Alterum in forma, quam vocant, octaua, cuius duae adsunt editiones, prima anno Dni decimo quinto supra millesimum quingentesimum, duodecimo Kalendas Octobris, in officina Iacobi Saconi; secunda an-

no Dni

no Dni decimo nono supra millesimum quingentesimum, decimo septimo Kalendas Nouembris, in officina Iacobi Mareschal. Ad sunt etiam *MSta* quaedam, & Epistolae autographae Lutheri, Melanthonis, Pomerani, Aurifabri, aliorumque, quas inter vna, quam subscriptione Melanthon suam fecit, in qua articulus de iustificatione dilucide explicatur. Ostenduntur etiam vna cum libro Evangelico Malabaricum ad modum compacto conciones quaedam lingua Malabarica habitae, & a Missionariis Indicis Regis Daniae, *Bartholomaeo Ziegenbalgio*, *Pulsnicio-Misnico*, & *Henrico Plüschouio*, *Wesenberga Mecklenburgico*, in foliis palmeis exaratae. Vtui publico quidem nondum plane adaptata, singulis tamen diebus hora XI. ejus videndi copia conceditur. Optandum esset, vt Catalogos librorum, qui in tribus illis Bibliothecis latitant, haberemus, quo maiorem eruditi exinde fructum capere possint. Mihi enim Bibliothecae publicae sine Catalogo impresso non adeo magnum iis, quibus integrum est, easdem frequentare; exteris vero fere nullum vsum praestare videntur. Et haec sunt, *Amicorum optime*, quae de Bibliothecis Halensibus scribere ad Te volui. Pauca sunt fateor, quae attuli, & vix digna, quae conspectum Tuum subeant. Malui tamen pauca Tibi indicare, quam nihil plane ad petitum Tuum reponere. Tu vero fac, si quidem per doctos Tuos labores licet, vt prope diem prolixiora, eaque eximiora de insigni librorum apparatu, quem Amplissimus Senatus Lipsiensis adseruat, quemque haud immerito *ἄλσον ἀγλαοφύ- γεον παντοδαπῆς σοφίας* dixerim, ex Te cognoscam. Commodissima enim nunc vteris occasione, quippe cui in tam egregia Bibliotheca, quae olim cum multis de copia librorum & manuscriptorum certare potuerit, quotidie delitescere contigit. Quo nomine sicut felicem Te praedico, *dulcissime Groschupfi*: ita haud vane spero, fore, vt orbis litterarius, cui indies magis innotescis, porro exasciata scripta abs Te accipiat. Ad summam enim semper eruditionem perueniunt, qui in Bibliothecis publicis latitant. Scis quantum Salmasius Heidelbergensi; Chemnitius Alberti, Borussiae Ducis & March Brandenburgici; Holstenius Vaticanae; Lambecius Vindobonensi; Sirmondus, Petavius, Naudaeus, & alii aliis Bibliothecis, debeant. Tu quosnam libros rariores ex laudata eruditionis Gaza colligas, publice ostendisti, & etiamnum ostendis. Perge porro, *doctissime Groschupfi*, cimelia eiusmodi litteraria vndique e scriniis excutere, & ab interitu vindicare, certeque crede, hunc laborem orbi erudito fore gratissimum. Quod vt possis eo alacrius praestare, & publicam rei litterariae utilitatem, cui Te natum sentis & consecratum, fortiter iuuare, inconcussas Tibi adprecior corporis animique vires. Vale. Scribebam Halae Magdeburgicae d. IX. Kalendas Maii, ipso meo Onomastico, Anno *civ* *1666*.